

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Davidis Ruhnkenii Opuscula Varii Argumenti, Oratoria,
Historica, Critica**

Ruhnken, David

Lugduni Batavorum, 1823

Epistola ad Josephum de Retzer

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1677>

eile adducuntur, ut se in ima subsellia demittant,
praesertim cum vulgo ita comparatum sit, ut bajulus
aut operarius plus mercedis ferat, quam Grammati-
cus, pueris Alpha et Beta cantans. Vale, Vir Am-
plissime, et mihi, quod facis, fave. Dab. Leidae,
d. 2. Febr. 1792.

—
E P I S T O L A
AD VIRUM ILLUSTREM
JOSEPHUM DE RETZER.

EX EDIT. OPERUM HIERON. BALBI,
A RETZERO CURATA.

—
VIRO ILLUSTRI
JOS. DE RETZER,
S. P. D.
DAVID RUHNKENIUS.

Etsi praeclara opera, quam *Balbo*, ex inferis ad vi-
tam revocato, navasti, omnibus venerum Latinarum
studiosis gratissima accidit, nemini tamen gravior, quam
mihi, ejusdem laboris in *Mureto* edendo socio et con-
sorti. Quo majores Tibi gratias pro munere pulcher-
rimo ago, et me Tibi plane devinctum esse fateor.

In

906 EPISTOLA AD JOS. DE RETZER.

In carminum Balbinorum lectione cum me multa via-
tia, quae ex superioribus Edd. in hanc novam, Te
invito, irrepserant, non mediocriter turbarent, li-
brum legendum et corrigendum dedi Laurentio San-
tenio, cui haec aetas vix parem habet in Latinis poë-
tis tractandis. Sic natae sunt exquisitissimae in Bal-
bum animadversiones, quas, mea sententia, recte fe-
ceris, si ad communem utilitatem protuleris, et, tan-
quam appendicem, Balbi operibus subjeceris. Video
quidem plerosque errores in fine Tomi II. esse subla-
tos. Sed Santenianaæ correctiones doctrinam habent
utilem futuris poëtis. Vale, vir illustris, et quod
facis, litteras nostras ornare perge. Dab. Lugd. Bat.
d. 20. Jul. 1792. (*)

[(*) Eandem Epistolam, una cum Santenii illis Animad-
versionibus, reperit C. D. Beckius, in Commentariis socie-
tatis Philologicae Lipsiensis, Vol. II. p. 145 sq. Vid. Wyt-
tenbachii Bibl. Crit. P. XI. p. 136.]

EPI